

sitionem feci, cum consensu et auctoritate Angeli de comestabulo, ac Franci et Martini fratrum filiorum qd. Andree de comestabulo, consobrinorum Agnatorum et legitimorum mundualdorum meorum. In qua mea ultima dispositione: In primis legavi pro anima mea de dotibus meis. Uncias auri decem, dandis et distribuendis modo subscripto, videlicet dompno Pascali Sacerdoti Ecclesie Santi Bartholomei de Barolo, tarenos auri Septem et medium. Item Calie nutrici mee tarenos auri viginti duos et medium. Item volui et mandavi de reliquis unciis auri novem, ematur domus una, tradenda et assignanda choro ecclesie Sante Marie de episcopio pro faciendo anniversario pro anima mea, anno quolibet, a die obitus mei, *etc.* et quod clerici in qualibet egdomada celebrent missam unam. Quod scripsi ego predictus Angelus puplicus Baroli notarius, quia prescriptis rogatus interfui et meo consueto signo signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Leone q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Angelus de comestabulo testatur.

† Iohannes de comestabulo testatur.

† Sabinus de Notario Philippo testatur.

*Notitia testium:*

dominus Gualterius, Iohannes de comestabulo, papa bonellus, Angelus de terreno, Mactioctus de dopna pagana, notarius Sabinus.